11

1.

TRACTATVS

MORALIS [illegible]

[illegible]

OPVS



[illegible]

1

TRACTATUS

MORALIS DE RESTITUTIONE IN IUOI IN 2ª 2ª DOCTORIS ANGE-
lici quæstione 62.



OPUS

B.

BMæ V.i Mæ IN Vª SUE Oceptiois INSTI AB ADAMICA LABE PRORSUS IMMUNI.

NECNON IESUANE MILITIE STRENUISSIMO MILITI, FORTISSIMO DUCI.

DIVO AOISIO GONZAGA

INTER SAPIENTIÆ, VIRTISQUE

Fulgentia Siderea Fulgentissimo lumini hominum sub invicto Jesuanæ Palladis vexillo militantium Protectori.

Augusto toto corde sacratum,

Et elucubratum a Rmo P. M. GASPARE DE BAENA Moralium Cathedræ celeberrimo moderatore in hoc Collegio Hispalensi D. Hermenegildi S. J. et scriptus a Dño MARTINO DE VILLEGA.

Anno Dñi M.DCC.XXX.

Auditoribus.

Ingredior (Auditores mei) per depositum Theologiae moralis tractatum, de omnibus fere, quidquid facultas ista disputandum suscipit ultimum, quis enim nesciat, quod solvere sit pro genere, ut unus alteri reddat, iniuria tolleret, quae alterius sunt auferat, et alia eiusdem generis, quorum ratio ad tractatum de restitutione pertinet. Tum quia mea tenuitate tibi tradendum seligo, et quod in hisce scholis raro inculcatum, et quod valde utile Theologiae moralis candidatis. Ardenti quidem ac in effusissimum restitutionis oceanum ingeniorum vela pandere: te enim ingenia sit [illegible] disseminatum fluctibus, afflante numine ab ipsis feliciter declinaturo.

In hoc tractatu agendum nobis de natura, et necessitate restitutionis: de causis unde restitutionis obligatio nascitur: de obligatione restituendi ratione cooperationis, et participationis: de loco, tempore, et modo restitutionis, ac denique de causis [illegible] ad ipsum a restitutione excusantibus. Hoc ordine per plures disputationes, Deo favente digestabimus. Tractatio unica. De restitutione in communi. Disp. 1a. De natura, et necessitate restitutionis. Sect. 1a. Brevis natura iustitiae praemittitur.

Tractatio Unica.

De Restitutione in communi.

Disp. 1a.

De natura, et necessitate restitutionis.

Sect. 1a.

Brevis natura Iustitiae praemittitur.

1 Iustitia multipliciter accipitur a Theologis. 1° pro collectione omnium virtutum iuxta illud Matth. 3°: sinite nos implere omnem iustitiam, et cap. 5° Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. Unde D. Chrysostomus hom. 12 in Matthaeum ait, iustitia, nihil aliud est, quam omnium mandatorum plena custodia. Ratio huius est: quia iustitia sonat adaequationem cum debito; collectio autem omnium virtutum sicut aequat ad [illegible]

hoc cg regula iuris. Accipitur 2°, pro quolibet iure credere iuxta illud
Mat. 6° attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ubi Xptus Dnus
loquitur de Eleemosina iuxta interpretationes D. Thadmah. Ratio huius
,,acceptionis constat ex D. Aug° lib. 19 de Civit. Dei cap. 45; quoniam sicut
,,per iustitiam ius suum unicuique tribuimus, sic per iustitiam coram Deo
,,obedientiam, ad quam ius tenetur, exhibemus.

2 Accipitur 3°, pro gratia sanctificante iuxta
,,illud Apostoli ad Romanos 3°: iustitia Dei, per fidem Jesu Xpti in omnes,
,,et super omnes, qui credunt in eum. Ratio huius acceptionis desumitur ex D.
Augo. loco citato: quia per gratiam sanctificantem ad ... obedientiam Deo praestan-
dam ordinamur permanenter. 4° accipitur pro charitate, quae ad Aliquo un-
dum perfectior, per illam voluntas reddit unicuique ton legi divinae, et in ipsa re-
lucet quidem aequitas cum tota lege. Unde D. Augus. lib. de nat. et
,,gratia cap. 38 dixit, charitas Dei, qua una iustitia est, quicumque iustus
,,est. et cap. ultimo, charitas inchoata, inchoata iustitia est; charitas mag-
,,na magna iustitia est; charitas perfecta, perfecta iustitia est.

3. Accipitur 5° pro
quadam virtute particulari, una ex quatuor Cardinalibus, in qua acceptione
hic loquimur de iustitia, quae ab Ulpiano lege iustitia ff de iustitia sic
definitur: constans, et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi. Praedicta
,,definitio inquit D. Thomas 2a 2ae quaest. 58 art. 1° est completa defin. iustitiae,
,,nisi quod actus ponitur pro habitu, qui per actum specificatur. Unde in debito
sensu sic eam reducit Angelicus Dr: habitus secundum quem aliquis constanti, et perpetua
voluntate ius suum unicuique tribuit.

4 Ex quibus quidem infertur Rae sic iustitiam defini-
tur virtus, quae unicuique tribuit ius suum. Iustitia est virtus: nam operantem
aptum laude dignum reddit. Insuper est virtus moralis, et non intellectualis, quia non versatur
circa bonum respicit honestum videlicet, quod relucet in eo quod est reddere unicuique
ius suum conferendo in actibus, quibus homines inter se coincant, debitum proprium, et
aequalitatem. Praedictum honestum intendit iustitia per constantiam, et perpetuam voluntatem, quae
sane exprimitur per nomen virtutis, quia quamdiu firma, ac stabilis non est, neque
ex parte dictorum perpetuitas tenet, hoc est, perpetuam indemnitatem iuris alieni,
non meret nomen virtutis.

5\. Iustitia dividitur in legalem, distributivam, et commutativam. Legalis est, quae ordinat cives ad procurandum bonum Reipublicae, sive publicum, ratione debiti, quo obstringit pars ad procurandum bonum totius. Haec iustitia dicitur legalis, quia indemnitatem, utilitatemque Reipublicae intendit per legum observantiam. Distributiva est, quae ordinat Rempublicam, sive caput ad partes ipsius, ut servet proportionis aequalitatem ita ut nemo plus commodi accipiat, quam meretur, aut plus gravetur, quam gravari potest. Distributiva dicitur, quia in distributione bonorum communium, et onerum impositione exercetur. Commutativa est, quae ordinat unum civem ad alium, ut inter ipsos servet aequalitatem, et unusquisque tantumdem habeat ab altero, quantum sibi debitum est. Dicitur commutativa, quia in commutationibus, et contractibus exercetur.

6\. Pro intelligentia huius explanationis advertendum est, quod in Republica triplex habitudo considerandum est. 1a partis ad totum, sive uniuscuiusque civis ad totam Rempublicam. 2a totius ad partem, sive Reipublicae ad unumquemque civem. 3a partis ad partem, sive civis ad civem. 1a pertinet ad iustitiam legalem; 2a ad distributivam; et 3a ad commutativam. Inter iustitiam commutativam, et distributivam assignant communiter hoc discrimen, quod videlicet commutativa respicit aequalitatem rei ad rem, quae dicitur aequalitas Arithmetica, ut aequalitas quae datur inter pretium, et rem emptam: distributiva autem respicit aequalitatem proportionis ad proportionem, quae dicitur Geometrica. Haec tunc datur, quando attenditur ordo personarum, quibus fit distributio, et eadem fit proportio inter res, quae distribuuntur, quae est inter personas illas, quibus distribuuntur. Sit exemplum: quantitas centum aureorum distribuenda inter aliquos 2º duorum dignitatum; si ei, cuius dignitas est ut duo conferantur decem; ei, cuius dignitas est ut quatuor conferendi sunt viginti, et sic de aliis, servata eadem proportione inter aureos, qui distribuuntur, quae est inter dignitates personarum, quibus distribuuntur.

7\. Contra Theoriam hanc, cum P. Lessio lib. 2º de Iustitia, et iure cap. 1 dubit. 3a assignat discrimen inter iustitiam commutativam, et distributivam per ordinem ad praedictas diversas aequalitates Arithmeticam, et Geometricam. At P. Lorius in opusculo disp. de iustitia Dei sect. 3a a n. 8º in aspirat hunc discurrendi modum; et quae assignando discrimine inter iustitiam commutativam, et distributivam recurrit ad diversa iura, quae ab utraque respiciunt. Et sane

cujus sit dom. iustae, hujus diversitas ex iuris diversitate desumenda est. Itaque iustitia commutativa respicit ius, quod verè, et proprie est tale, quale est dominii, seu paternitatis, l. equivalens. Iustitia vero distributiva non respicit ius adeo strictum, et solum ius, quod habet pars communitatis, quatenus pars illius est, in bona communis distribuenda, ut aliquod ex predictis bonis sua dignitati proportionatum ipsi conferat.

8. Ius hoc non est dominii; nam predicta bona numquam fuerunt talis personae, sive partis communis; neque ipse debenti tale proprie domini, aut absentis ren proprio, in qua haec sunt fuerit. Inde fit, ut longe majus sit debitum, quod nascitur ex iure respecto a iustitia commutativa, quam quod nascitur ex iure respecto a distributiva; magis enim debet dicitur id, quod est proprie suum, quam id, quod est commune; Tu ad hoc habet aliquod ius proprie dignitate perfecte, aliquando satis proportionate. Hinc fit, quod de priori debito omnes Theologi afirment ex illius defectione nasci obligationem restituendi; de posteriori vero praescribe Scoto (verba sunt D. Thomae) quae plures et fortasse, qui melius sentiunt ignorant. Sic discurrit Lessius. Ego vero modo non sum desto, quod authorum placita vobis propono, ut aliqualem notitiam utriusque iustitiae habeatis.

9. Praeter assignatas iustitiae species est alia iustitia, quae vindicativa dicitur, et est, qua superior imponit malefactori penam proportionatam suo delicto. Hanc iustitiam reducit Angelicus D. ad commutativam, Subtilis ad distributivam, alii cum Patribus Molina et Lugo docent esse ab utraque distinctam. Docent infuper non esse propriam, et distinctam speciem iustitiae. Ratio est, quia iustitia dat alteri, quod ipsi debet, et ad quod habet ius aliquod: malefactor autem per delictum meretur penam, quae haec non est ipsi debita, neque ad illam habet ius aliquod: aliter, si de illo non sumeret vindictam, ipsi faceret aliquatenus injuriam. Sect. 2.a Circa Restitutionis exponitur.

SECT. 2.a

Circa Restitutionem exponitur

10. Restitutio multipliciter accipitur. 1.o pro reductione rei in pristinum statum, sive sit ex iustitia, sive ex liberalitate. Sic dicitur aliquis restitui in

passivus dignitas, a qua excidebat, quamvis ad eas gratuito revocet. Sed acceptio haec latissima est. 2° accipitur pro traditione rei, quam quis ex iustitia pro foro tenet. In hac acceptione restitutio non dicitur gratuita exhibitio alicuius rei, attamen nomen restitutionis obtinet non solum redditio, aut expensatio eius, in quo quis gravatus est, de ero solum pretii pro re empta, redditio depositi, mutui, commodati, et similium, tempore statuto, et absque ulla mora, atque adeo antequam iniusta fiat, tamen solutio quae mandatur in praedictarum rerum detentione.

11. 3° accipitur pro redditione rei alienae iniuste ablatae, sive in qua quis iniuste fuit laesus. Hoc acceptio stricta est, et iuxta illam restitutio non est redditio mutui, commodati, et similium, quae iuste accepta sunt, debentur ex aliquo contractu. De restitutione in hac 3° acceptione loquimur in praesenti. Divus Thomas hic art. 1. sic illam explicat: restitutio nihil aliud esse videtur, quam iterato aliquem statuere in possessionem, seu dominium rei suae. Et art. 2° ait: restituere importat redditionem illius rei, quae iniuste ablata est.

12. Aliqui dixerunt hanc D. Thomae explicationem non comprehendere expensationem cuiuscumque damni iniuste dati; quia qui domum alterius vel incendit, aut alterius equum occidit, non potest reddere eamdem rem, sed solum aliquid aequivalens. Sed hac ratione non infirmant explicationem D. Thomae; ut enim notavit Dnus Bañez in commentario art. 1. nomine rei suae venit intelligendum id, ad quod quis tenetur. Et sic ille cuius domus fuit incensa, aut equus occisus, non potest quidem eamdem domum, aut equum reddere, tenetur tamen ius ut ipsi reddat aequivalens.

13. Restitutio igitur sic apte definitur: actus iustitiae commutativae, quo damnum alicui iniuste datum reparatur. Dicitur actus iustitiae, quia per restitutionem tribuitur ei, cui restitutio fit, id, ad quod ius habet; actus autem per quem unicuique tribuitur ius suum, actus iustitiae est. Deinde dicitur commutativae, tum quia id expresse docet a Divo Thoma art. 1 citato, quem sequuntur fere omnes Doctores, tum ergo quia restituit ius alterius rei, et servat talem iuxta doctrinam D. Thomae ibi ad 3°, et 8° per explicando discernit iustitiam commutativam a distributiva. Iuxta communem Theologorum sententiam cum P. [illegible], quia respicit aequalitatem rei ad rem inter damnum, et expensationem, quod proprium est iustitiae commutativae. Per praedicta verba convenit restitutio cum redditione mutui, commodati, pignoris, et depositi; a quibus differt per reliqua verba.

14. Circa datq defiog notandy e, qd in illa usurpat verby illud iniuste, ita ut oprehendat damny daty iniuste tu te, quq maat. Inde qui ignorans emit, l accipit & fure ry furtiva, tenet iure dm̃ proprio domino restituere, tr damnu datū proprio dno per talis rei acceptioe sbi maatz iniuste daty fit. Notatio restituog differre a solutioe; ng hec n debet supponere damny daty, secus vero restiu. Insuper solvere dicit prestare id, quod ex voto, iuramto, missa, aut charite, quis prestare tenet; n tamen dicit restituere. Notabis praterea restituog differre a satisfaoe; hec enj latius patet, quq restio. Sic satisfao ovenit cuicumq obseruaci pacti, cui n ovenit nomen restitutois: et cy quis satisfacit f pena Purgatorij in hac vita to ff se, quq f alijs, n dicit restituere.

15. Dices o dato defiog: iniustus distributor otrahit ex iniusta distriuoe obligaog restituendi; ɔ restio, ad quq tunc obligat, n e actus iustitz omiuz, ɔ distriuoi: ḡ stat restao, que n sit actus iustitie omiuz, ɔ distriuoe, et osquent restituo n bene defit spea ee acty iustit omiuz. Insuper prob maz; q spea iniusta distriuog violat distributor iure, quod quis het, ut res sibi spea iusta distriuog assigr: & tollit aliquid alteri debity, et osquent otrahit obligaog restituendi. Mo prob min: restao, ad quq tunc obligat e actus illius virtus, qua reparat virty iniuste distriuois, et osquent e actus virtus otrarie vitio iniuste distriuois; o actus virtus otrarij vitio iniustz distriuois e actus iustae distriuoe: ḡ

16. Vi huius argi motus Paus Navarra lib. 4 de restioe cap. 2o dubio 2o ait, quod tt coi seq maxime probet, nt tn existimat ee omo reprehendy eos, qui dicerent, aliquq restituog ee spees iustitie distriuo. Sed a nobis famit dicendy e, quamcumq restiog ee acty iustitie omiuz. Et argo reddy e (omissis alijs solutionibus) iuxta coiong seq cy Lugo, et Lesio oquendo maz: iniustus distributor otrahit ex iniusta distriuoe obligaog restituendi, si quod distribuit n sit stricto iure debity, no maz: si sit stricto iure debity, subdistinguo: otrahit obligaog restituendi, quatenus talis iniusta distriuo e violao iustitie omiuz, oo; quatenus praecise e violao iustitz distriuz, no maz.

47 Itaq. quando quod distruit est stricto iure debitum, iniustus distruitor trahit ex iniusta distrib.e obligaonem restituendi, quia laedit ius strictum alterius, et consequenter violat iustitiam commutativam, quae tale ius debet servare illaesum; tunc autem iniustus distruitor trahit obligaonem restituendi ex iniusta distribuone, quatenus haec est violao iustitiae commutivae. At vero quatenus eiusmodi iniusta distribuo est praecise violao iustitiae distributivae non inducit obligaonem restituendi; quia sub hac praecisa consideraone nullum ius strictum supponit in iis, quibus fit distribuo, sed solum ius congruitatis, quod non est sufficiens ad inducendam obligaonem restituendi.

48. Ut solutio data melius intelligatur, notandum est ex P.e Lessio, interdum iustitiam distributivam includere in sua functione commutivam; quando videlicet fit distribuo rerum, quae stricto iure debentur. Hoc accidit, quando quis v.g. relinquit centum aureos distribuendos studiosis alicuius collegii pro cuiusque inopia, vel eruditione. Tunc distributor leges iustitiae commutivae obligatur erga singulos, quamvis erga omnes teneatur servare leges iustitiae distributivae, ut ea sit proportio eleemosynae ad eleemosynam, quae est inopiae ad inopiam. Unde si alicui pauperiori minus dederit, tenebitur ex iustitia commutiva ei restituere ad iustam proportionem, non secus ac si donator ei in particulari reliquisset v.g. decem aureos, et distributor solum dedisset quinque. Et ratio est, quia hoc ipso, quod donator velit talem proportionem servari, ipse assignat singulis certam summam iuxta proportionem inopiae, quam summam singulis debet lege iustitiae commutivae.

49 Constat ex citato P.e Lessio: quia si pro uno solo facta fuisset assignao, illi deberet ex iustitia commutiva: ergo etiam debet, quando fit pro pluribus, consideratione proportionis paupertatis, vel doctrinae; nam hinc aequale ius acquirit quisque ad illam summam, quae ei obtingit, ac si illi soli assignao facta esset. Itaque quando res, quae distruit stricto iure debentur in eo casu actu concurrunt iustitia commutiva, et distributiva: haec quatenus respicit, ut cuique detur consideratione proportionis suae dignitatis; illa vero quatenus respicit, ut cuique detur aequale iuri, quod habet, quod ius ortum est ex lege, vel consuetudine, vel donantis dispositione. Unde si minus det alicui, quam quod iuri suo correspondet, simul violat iustitiam utramque: distributivam, quia illi non dat consideratione proportionis dignitatis, quam habet respective ad alios, commutivam, quia non dat aequale iuri stricto, quod ipse acquisitum est. Quando vero fit distribuo rerum, quae stricto iure non debentur

Q3 idiq peccatum ex iniusta detractione ñ oriri obligao restituendi. Sect. 3a. De necessitate restitutionis.

SECT. 3a

De necessitate restitutionis.

20 Guido Carmelita in opere de erroribus Graecorum, et ex ipso Alphonsus de Castro in opere de haeresibus verbo restitutio refert inter errores Graecorum numerari, quod ipsorum Sacerdotes ñ iubebant restituere ablata per furtum, et rapinam, d fures ac raptores absolvebant aliqua solum ablatorum rei portione de pecunia ipsis Sacerdotibus tribuita absque ulla alia restitutione, et consequenter indicabant restitutionem ñ esse ad salutem necessariam. Hunc errorem secutus e Erasmus in annotationibus in Evangelium Lucae cap. 19 in quatuor prioribus editionibus sic dicens illud
" adnotandum, cum prius fecerit rapinam, in remedio ñ facit mentionem restitutionis,
" d tantum pollicetur eleemosyna data omnia fieri munda. Postea vero in 5a editione, ut notam effugeret, l a veritate ipsa spiritus, verbis forme relatis
" addidit: d qui iubet dare quibus nihil debet multo magis iubet redde-
" re si quid cui debet.

21 Sed Di Catholici unanimiter asserunt restitutionem ee necessariam ad salutem l in re quando facultas superest, l in voto, sive proposito restituendi, quando ñ superest restituendi facultas. Constat veritas haec ex variis
" Scripturae testimoniis. Ezechielis. 33 dicitur: si dixero impio morte morieris, et
" egerit poenitentiam a peccato suo, feceritque iudicium, et iustitiam, et pignus resti-
" tuerit ille impius, rapinamque reddiderit in mandatis vitae ambulaverit, nec
" fecerit quidquam iniustum vita vivet, et ñ morietur. Ubi inter requisita ad iustificationem impii restitutio male ablatorum, iniusteque retentorum recensetur. Hinc Sanctus ille senex Tobias cum audivisset vocem vitulae haedi, quam uxor attulerat inquit
" cap. 2o. videte ne forte furtivus sit. Reddite eum dominis suis: quia ñ licet nobis,
" aut edere ex furto aliquid, aut attingere.

22. Insuper D. Paulus ad Rom. cap. 13 ait: reddite omnibus debita; et post pauca nemini quidquam debeatis. Acce-
" dit D. Augustinus epist. 54, quae e ad Macedonium ubi dicit: si res aliena, propter
" quam peccatum, reddi potest, et ñ redditur, poenitentia ñ agitur, d simulatur. Si autem

ꝯversacio̅ agit n̄ remittit peccaꝫ nisi restituat ablatum, sicut ut dictum ē, restituē poss.

23 Ratio enim ꝓbat veritas Catha; q̄ n̄ restituere, cum possit ē voluntarie nocere, et facere iniuriā proximo: nam ē illud iniuste impedire a possessione, et usu rei sue, ꝗ debitus; ꝯ necessarium ē ad salutem neminem voluntariē nocere, aut iniuriā facere: ḡ necessarium ē ad salutem restituere. Confirmatur: q̄ā necessarium ē ad salutem n̄ auferre aliena ꝯ voluntatem dn̄i: ḡ et restituere. Ratio est; q̄ n̄ minor iniustitia committitur n̄ restituendo, quam auferendo aliena ꝯ voluntatem domini; nam n̄ restituere iniuste ablata ē continuare, et perseverare in iniusta ablatione. Confirmatur iterum: si restituere n̄ eēt necessarium ad salutem neque eēt necessarium implere contractus ad quos implendos quisque tenetur ex iustitia v.g. accepta mercede emptor n̄ teneret, ꝯferre pretium, et sic de aliis, quod pugnat cum ipso naturae lumine.

24. Ratio huius ē; q̄ n̄ ē maior iniustitia retinere pretium accepta mercede, quam retinere alienum iniuste ablatum imo hec maior ē quam illa, quia ille, cui res iniuste ablata ē retinet dominium in re, quod n̄ habet vendens in pretium mercedis, ꝯ solum ius ad rem. Et ratio, quod si facultas restituendi n̄ superat, atque adeo restitutio externa impeditur, sit enim necessarium absolute salutem propositum restituendi. Ratio; q̄ā ad salutem necessaria ē remissio peccati commissi per iniustam ablationem rei alienae; ꝯ ad hanc necessarium ē propositum restituendi; n̄ enim remittitur peccatum nisi per contritionem, ꝗ attritionem cum sacramento: et in utraque ꝯtinetur propositum restituendi, cum ꝯtineat propositum emendationis, et n̄ peccandi: ḡ.

25. Sed ꝯ hanc Catholicam veritatem dices 1°: Christus Dn̄s postquam Luc. 11 Pharisaeos de rapina reprehenderat, subdit: verumtamen quod superest date eleemosinam, et ecce oīa munda sunt vobis: ergo significabat illis eleemosinam et n̄ requirebat restitutio, ut a peccato rapinae liberarentur. Sed hoc argumentum instat in deficientes: q̄ā ex illo ꝓbatur, poenitentiam n̄ ē necessariam. sufficit, n̄ enim fit mentio poenitentiae in allato textu, sicut nec restitutionis.

26. Duplex respondeo possit argumento: 1° cum P. Molina, illa verba Christi Dn̄i dicta fuisse per ironiam sicut et illa Dei ad Adam Gen. 3°. ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum, et malum. Sensus ḡ ē: ecce post vras rapinas date eleemosinam, et statim videte, vos mundos, et sic ce

cũ vere suo raptores, et inqui.= Resp. 2°. per illa verba Dni Jacobi eleemosyna n tamquam mediũ necessarium ad eg munditiã, & tamquam satisfactio p pena debita post debitũ remissũ, et restituos.

27. Dice 2°: qui retinet rẽ alienã domino irrationabiliter invito n peccat; & qui n restituit rẽ injuste ablatã eng. sic illã restituere posset retinet rẽ alienã dno irrationabiliter invito: ergo. Suadet mea: q'cumque ex eadẽ lege, et ordine charitatis tenet postponere bonũ proprium temporale bono spirituali proximi: ergo ex eadẽ lege, et ordine tenet n ee invitus in retentione, ne ille, qui retinet, lethaliter peccet; immunitas enim a peccato lethali ẽ maximũ bonũ spirituale proximi: ergo si invitus sit in retentione, erit irrationab. Hoc ergo probat eng. justũ n ee peccatũ, q̃a dominus rei deberet illã donare volens juvare ad vitandũ peccatũ proximi: ergo rẽ n auferret invito dno.-

28. Resp. ad argumentum omissa maiori, nando minorem, et ad rationem, qua suadet dico, quod lege, et ordine charitatis tenemur postponere bonũ proprium temporale bono spirituali proximi, quando bonũ spirituale proximi n impedit ex sua malitia; quando vero ipse ex sua malitia vult damnari cũ iactura bonorum temporalium alterius, hic n tenet cedere iuri suo, et eiusmodi iacturã permittere; n enim debet ipsi nocere malitia ac depravata voluntas alterius.

29. Adde, licere eng. defendere n solũ proprio vitã, & eng. propria bona externa magni momenti usque ad occisionẽ aggredientis eripere predicta bona eng. si hic ex sua malitia damnandus sit teste cautatorum, ut tenet Soto, Caietanus, Navarro, Cobarruvias, et D. Molina tomo 3° de iustitia tract. 2° disp. 16.= Tharg argũ omisso: q̃a universalitas prob. falsa ẽ; nã ut pauper in extremã indigentia occupare possit, ac retinere res divitis n invito, quod equitas, ratio, et charitas id postulent; imo, et quod sub praecepto obligent divitem ut consentiat: et enim dives peccet n consentiendo; pauper tamen iniustẽ dimittit eius invitũ spoliando bonis suis.

30. Suppono restitutionem ẽe necessariam ad salutem; rogat me an sit necessaria necessitate medij, an solũ necessitate praecepti? Juanus, et

et Gabriel in 3° dist. 15 quaest. 2ª dixerunt esse restitutionem necessitate medii ut refert P. Turrianus de restitutione, et vide disp. 2ª Dubio 2°. Sed jam omnes Theologi fatentur non esse restitutionem necessitate medii, sed solum necessitate praecepti. Valde dissident Doctores in explanatione necessitatis medii, prout distincta a necessitate praecepti. Videatur si placet Doctor Acutissimus in 3ª parte tomo 2° disp. 120 cap. 3°, et tomo 3° disp. 160 cap. 5. ubi ad longum refert, et impugnat plures explicationes. Mei instituti non est hanc difficultatem tractare; sed aliqua explicatione supra praemissa dubium resolvere. Supono quod juxta sententiam P. Joannis de Lugo disp. 3ª de Eucharistia sect. 4ª illud esse necessarium ad salutem necessitate medii in re, vel in voto quod aliquando se ipso, aliquando vero per suum votum causat id, sine quo nemo salvari potest. Sic baptismus aliquando se ipso, aliquando per suum votum causat gratiam, sine qua nemo potest salvari.

31\. Sed ad dubium respondeo, restitutionem non esse necessariam ad salutem necessitate medii, sed solum necessitate praecepti. Ratio juxta explicationem immediate datam, quia etsi restitutio aliquando per suum votum, seu desiderium existens in actu contritionis causet dispositive [illegible] gratiam, ipsa tamen restitutio realis numquam illam causat. Et quod aliquando per votum restituendi non disponatur remote, et de congruo ad impetrationem veniae peccati; ad hoc per accidens se habet, quod ponatur in restitutione: quia etiam bona esset illa voluntas, si restitutio non possent poni: quod non est necessaria necessitate medii, sed solum praecepti, sicut et alia quae sub gravi obligatione praecepta sunt, quorum observatio requiritur ad non peccandum. Sect. 2ª. De natura praecepti restitutionis.

SECT. 2ª

De natura praecepti restitutionis.

32\. Circa magis [illegible] restitutionis 1ª sententia docet, ejusmodi praeceptum esse naturale. Ita Medina, Canus, Suarez, P. Vasquez, et Turrianus, quos citat, et sequitur P. Joannes de Lugo tomo 1° de justitia, et jure disp. 8 sect. 2ª n. 17. Fundamentum 1m hujus sententiae est: quia quod per praeceptum restitutionis prohibetur, est alieni rei detentio, quae est actio prava; sed praeceptum, quod [illegible] prohibet, est naturale, sicut apparet, quia actio prava praecipitur. Fundamentum 2m est: quia de ratione praecepti affirmativi est ut etiam non obligat semper,

aut eius obligat. cessare ab aliqua actione positiva illius, qui per illud obligat; sed obligatio restituendi rem alienam potest cessare absque actione aliqua illius, qui per eiusmodi praeceptum ad restituendum obligat, illius videlicet, qui rem alienam abstulit: ergo praeceptum restitutionis non est affirmativum, sed negativum.

33 Thesis sic discursus sic probant: obligatio restituendi rem alienam, quam habet, qui illam abstulit, cessat per hoc, quod res aliena redeat ad suum dominum; sed potest ad illum redire absque actione aliqua illius, qui per praeceptum restitutionis obligat: ergo. Thesis constat in casu, quo brutum furatum ablatum, suo instinctu, ad suum dominum reverteretur. In contrarium huius sententiae primum Scotus in 4 dist. 15 quaest. 2a hanc ponit: qui alienam uxorem detinet, peccat contra negativum praeceptum non adulterabis: ergo qui retinet rem alienam invito domino peccat contra negativum praeceptum non furtum facies.

34 2a sententia tenet, praeceptum restitutionis esse affirmativum. Ita Scotus, et P. Lessius lib. 2o de iustitia et iure cap. 7o dub. 10, quos sequuntur aliqui alii. Fundamentum primum huius sententiae est: praeceptum, quo actus positivus praecipitur positivum est; sed per praeceptum restitutionis praecipitur rem alienam reddi suo domino; sed redditio haec est actus positivus: ergo. Fundamentum 2um est: praeceptum negativum obligat semper, et pro semper; sed praeceptum restitutionis non obligat semper, et pro semper: ergo non est negativum: ergo est positivum. 3a ea docet praeceptum restitutionis esse affirmativum involvens negativum. Ita sentire videtur Caietanus in summa verbo restitutio, Navarrus in summa cap. 17 n. 52, et alii aliqui.

35. Thesis ostenditur in 2a sententia, quae probatur authoritate D. Thomae. Sequitur 3a sententia, quae probatur ex Angelico Doctore 2a 2ae quaest. 62 art. 8 ad 1um dicente, "quod praeceptum de restitutione facienda quamvis secundum formam sit affirmativum, implicat tamen in se praeceptum negativum, quo prohibemur rem alterius retinere." unde sic arguitur: praeceptum, quod secundum formam est affirmativum, implicat tamen negativum, praeceptum in se est praeceptum affirmativum involvens negativum; sed tale se habet praeceptum restitutionis: ergo est affirmativum involvens negativum.

36. Ratione probatur prima pars: praeceptum quod iubet actionem positivam, et aliam actionem pravam prohibet est praeceptum affirmativum, et negativum; sed ita se habet praeceptum restitutionis: ergo. Minor probatur quoad 1am partem: per praeceptum restitutionis iubetur actio reddendi rem alienam suo domino tempore, et circumstantiis debitis; sed praedicta actio est actio positiva: ergo. Probatur eadem minor quoad 2am partem: per praeceptum restitutionis prohibetur iniusta detentio rei alienae; sed talis detentio est actio prava: ergo. Ita iniusta ablatio rei alienae prohibetur praecepto

navo, itaet pribet eiusd. multa detentio, qua ē quodd. damno iniuste ablatio.

33. Sed instantia D. Tho. p nobis adducta est quaedam [illegible], qui acut [illegible] D. Tho. soliy docere, pp. restitutio gravi quoad externa vero, qua est [illegible] et in se soly ee navy [illegible] ē: q. iuxta D. Tho. pp. restitutio [illegible] in se gravi [illegible], et in se [illegible], qua navy pp. [illegible] in se navy pp. [illegible] ē ergo gravy.

„Probatur hoc ex eod. D. Tho. [illegible] quaest. [illegible] art. [illegible] Avarus m. et aliena rapit,

„quod ē pecc. omiss. et sua n̄ dat quibus dare debet, quod ē pecc. omiss.

Ex quibus sic argor: avarus peccat pecc. omiss., q. sua n̄ dat, quibus dare debet: ergo solus peccat pecc. omiss., qui aliena n̄ dat, quibus dare debet; ē qui aliena n̄ dat, quibus dare debet peccat ō pp. restitu.: ergo ō hoc peccans pest pecc. omiss. ergo ē pp. gravy, et n̄ soly navy.

38. Hinc ad 1. fundamentum [illegible] non, quod ex authoribus nus [illegible] aly dicunt, pp. restitutionis ee praelativ navy, et minus gravi gravy; aly vero ē ō. Sed hoc [illegible] mere vocale [illegible] ab aliis, qui absolute aiunt, ee gravy, et navy, quin descendant ad extendendy de principalitate int. utrumq. Ego vero si de praedicto principale [illegible], appellans pp. restitutione praelativ gravy, quod mihi videtur magis accedere ad locum D. Tho. dicentis, ee 2. pp. gravy, implere in in se navy pp. Sed hoc praetermisso dico, quod sicut, quod per pp. restituo prat [illegible], ē aliena rei detentio, ita et prat [illegible] eiusdem rei redditio.

39. Ad 2. fundamentum dico, verū ee n̄ posse satisfieri pp. gravo absq. actione aliqua [illegible] illius, qui per tale pp. obligabatur; falsū tn ee n̄ posse cessare obligao absq. tali actione. Ratio ē, q. cessare pest obligao pp. gravi per hoc [illegible], quod cesset obj. formaa pp.; ē hoc pest cessare absq. actione aliqua [illegible] illius, qui per pp. obligabatur. ē. Ther [illegible] in pp. gravo dandi eleemosinam, cuius obligao cessat cessante [illegible] pauperis absq. actione aliqua [illegible] illius, qui per talē pp. obligabatur. Hoc mo deficeret obligao restituendi in casu argi.

40. Ad partem pog. n. 33 dico, ey, qui alieng uxorem detinet, peccare per adulterium ō pp. navy n̄ adulterabis: ac per iniustam detentionem peccare ō pp. gravy reddendi illi [illegible] [illegible].= Ad 1. fundamentum 2. [illegible] pog. n. 34 dico, ex illo optime probari pp.

restituo ie ahaq, quod plane 3do. = Ad 2^m. fundam^m dico mins: propter restituo n debeat semper, et semper, quatenus iubet actio, per quam restituendi, 3do: quatenus habet iniustam retentionem rei alienae, ne mir. = Disp. 2a. De causis unde restituo obligatio nascat. Sect. 1a. Radices obligationis restituendi exponunt.

DISP. 2a.

De causis unde restitutio obligatio nascat.

SECT. 1a.

Radices obligationis restituendi exponunt.

21. Exposuimus n. 10. et 11 varias acceptiones restitutionis, ubi monuimus nos loqui in hoc tractatu de restitutione in 3a acceptione; in hoc sic duae tantum radices obligationis restituendi recenseri, videlicet res accepta, et iniusta acceptio; si autem restitutionem late accipiat videlicet pro traditione rei, quae quis ex iustitia praestare tenet, addenda erit alia radix videlicet contractus, aut titulus alius ex quo teneat aliquis ad rem reddendam. Hoc late explicat P. Molina tomo 3o de iustitia, et iure tract. 2o disp. 719. 1a restitutionis radix videlicet res accepta, locum habet quando possessor bonae fidei rem alienam habet ut quando quis bona fide emit a fure rem furtivam, vel per inadvertentiam rem alienam cum propriis asserit. Tunc possessor bonae fidei advertens rem esse alienam tenet illam vero domino restituere. Et in hoc casu obligatio restituendi oritur ex re accepta.

22. 2a radix videlicet iniusta acceptio locum habet non solum in furto, et rapina, de ratione in omni actione, qua iniuste alicui damnum infertur, nulla emolumento damnificatori adveniat: atque adeo acceptio nunc late sumitur pro quacumque damnificatione etiam sine lucro utilitate. = Sic dicitur teneri ad restitutionem ex iniusta acceptione, qui alterius domum, aut segetes iniuste. Oritur ex hac 2a radice obligatio restituendi manifestum est; oritur etiam ex 1a, quatenus quod habet rem alterius, etiam si bona fide illam habuerit, habet plus quam suum, et verus dominus habet minus, quam suum, unde ut fiat aequalitas iustitiae, per quam suum cuique tribuitur debet dolo restitui.

23. Dices: quando aliquis bona fide accipit, aut habet rem alienam etiam datur acceptio iniusta, ut manifestum: ergo non solum tenet ad restitutionem ex re accepta, seu habita, de ratione ex iniusta acceptione: ergo numquam obligatio restituendi oritur ex re accepta, quin etiam oriatur ex iniusta acceptione. Resp. in hac duplici radice

obligaois restituendi, quę apparet cao Theoriq oio, nomine iniustę acceptionis solu intelligi eq, in qua intervenit iniusta fraus; in casu autq quo quis acciperet bona fide rę alienq, illa acceptio solu ē iniusta materi: n̄ q tenetur ad restituēdq ex iniusta acceptione, d̄ solu ex re accepta.

44. Inter has duas radices dat magnu discrim: nā in multis casibus excusat a restitue, qui solu tenebat ex re accepta, in quibus n̄ excusat, qui tenet ex iniusta acceptione, ut ex dicendis ostabit. Hinc notabis 1º, qd quamvis res iniuste accepta postea pereat apud illu, qui eā accepit, absq ipsius culpa, adhuc tenet ad restituoq ex iniusta acceptione, loquor in casu, quo res iniuste ablata n̄ sit eodē mo peritura apud dnu, si ablata n̄ fuisset. Notabis 2º, quod quando obligao restituendi solu oritur ex re accepta, si hęc pereat apud posessorq bonę fidei, hic n̄ tenet ad restitueq, nisi aliqua in parte ex re accepta factus sit ditior, tunc enī hoc restituere debet.

45. Ita expresse ostat ex lege Itq venio § plt. hoc, et ex lege. d̄ ersi lege. § 2º ff de petione hęreditatis; ipsę autq leges explanant, quid sit in quo quis factus ē ditior, dicentes eē id, quod quis expendisset de suo, si rē alienq n̄ habuisset. Notabis 3º, quod si posessor bonę fidei rē alienq vendidit, debet restituere pretium, quod loco rei succedit, si res ipsi donata fuit. Debet insuper restituere lucrq ex re ipsa acquisitq; ē enī fructus, aut quasi fructus ipsius rei v.g. pecunia ex locaoe domus. Atn n̄ debet restituere fructus industrię ipsius posessoris. Hęc oīa lucq accipient ex dicendis Sect. 2ª. Vtq obligao restituendi nascat ex damno illato absq propria culpa extra oficiq, et otractq?

SECT. 2ª

Vtrum obligao restituendi nascat ex damno illato absque propria culpa extra oficiu, et otractu?

46. Quoad primu attinet, taculi accidere pest, ut alicui damnu inferat. 1º si ex oficio tenet quis illud impedire, et n̄ impedit. 2º si illud n̄ impedit quando ex

stractu tet impedire. 3° quando extra dictum, et stractum absque culpa sui damnum infertur ipso, et hoc dupliciter accidere potest. Vel si ipsius bona fide heri is ipsi, qui donare, vel emptione a iure accepit, et tunc certe ad restitutionem teneri ex re accepta, saltem si stractum rescindere negarit: vel quia servus, aut aliquid brutum sui damnum intulit pro absque culpa sui, et in hoc ultimo sic primo quaestio instituta.

47. Et cuius clarior resolutione supponendum est, iure positivo statutum esse, quod si mancipium absque omni prorsus culpa domini damnum aliquod intulit dominus mancipii teneatur vel ad damnum resarciendum, vel ad tradendum mancipium ei, qui damnum passus est. Constat ex Instituta de noxalibus actionibus, et ff eodem titulo ubi domino mancipii optio datur ad eligendum unum e duobus praedictis. Si autem eligat mancipium tradere dicitur in iure dare noxam pro noxia; noxa enim dicitur ipsum mancipium et damnum ab ipso illatum dicitur noxia ut constat ex Instituta loco citato ubi dicit: noxa autem est ipsum corpus quod nocuit, id est servus; noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.

48. Sed advertendum est, quod dominus mancipii non tenetur damnum datum a mancipio resarcire, neque ipsum mancipium tradere damnum passo, si damnum datum sit absque omni culpa mancipii; et neque hoc, neque eius dominus ex damno facti sunt ditiores: si enim mancipium, si sui iuris esset, ad nihil teneretur in tali casu, ita neque eius dominus hoc damnum praedicto modo illatum.

49. Supponendum est insuper ergo statutum esse iure positivo, quod si aliquid brutum damnum aliquod inferat v.g. segetes alicuius pascendo, vestem aut librum dilacerando, vel aliud animal occidendo, absque omni prorsus culpa domini, hic teneatur vel ad damnum resarciendum, vel ad tradendum animal ei, qui damnum passus est. Constat ex Instituta si quadrupes pauperiem fecisse dicatur et lege 1a ff eodem titulo. Ad hoc autem supponitur, quod animal immediate damnum inferat v.g. per plaustrum evertendo aliud corpus, quod damnum dedit. Constat ex lege 1a § sive autem ff titulo citato. Unde si unum animal irritaverit aliud, et animal irritatum damnum intulit, actio erit contra dominum irritantis, et non contra dominum alterius, ut constat ex dicta lege

1ª § ejsi alia tibi in 5 cum aureo notat quod si ut tuus meus ut agrediar tu tenearis de damno, si vero meus ut invasorem occidat, ego ad nihil teneor.

50\. Supponendum denique est in iure civili triplicem dari actionem ei, qui damnum passus est. 1ª dicitur actio noxialis, quae competit ei, qui damnum passus est adversus dominum servi, qui damnum intulit absque omni proprio culpa domini. 2ª dicitur actio de pauperie contra dominum ..., quod ... damnum intulit absque culpa domini; 3ª dicitur actio legis achiliae, quae competit damnum passo adversus damnificantem, quando ex huius culpa damnum illatum est, 3ª haec actio pertinet ad quaestionem postea tractandam; duae aliae ad praesentem, in qua ... dicunt dominum servi, aut alium ... damnum inferentem teneri in conscientia post sententiam iudicis ad id, quod legibus citatis statuitur. Solum dubitatur an teneatur in foro conscientiae ante omnem sententiam iudicis.

51\. 1ª sententia affirmat, et addit esse obligationem iuris naturalis, ita ut ante omnem legem humanam positivam ex ipsa rei natura sit talis obligatio restituendi. Stant pro hac sententia Paludanus, Gabriel, Angelus, Pater Vazquez opusc. de restitutione cap. 2º § 2º dub. 4, ex ... Tuscianus disp. 14 dub. 4. 2ª sententia docet, talem obligationem non esse iuris naturalis, esse tamen iuris positivi etiam pro foro conscientiae, et ante omnem sententiam iudicis. Stant pro hac sententia plures Doctores ... nomine citati a Pater Lesio lib. 2º de iustitia, et iure cap. 3 dubit. 13. 3ª sententia docet dominum servi, aut alium neque ex iure naturali, neque ex iure positivo humano teneri ad restitutionem ante sententiam iudicis. Hanc sententiam tenet cum multis aliis Pater Molina citato to 3º disp. 243 Joannes de Lugo de iustitia, et iure disp. 8, sect. 3ª nº 41. Lesius loco citato, et De Castillo lib. 2º tract. 2º disp. 3ª dubit. 1ª

52\. Cum 3ª sententia sit vera conclusio, quae probatur 1º quoad 1ª partem, videlicet, dominum servi aut alium non teneri ad restitutionem iure naturali ante sententiam iudicis: si dominus servi, aut alius teneretur ad restitutionem iure naturali, talis obligatio oriretur, vel ex re accepta, vel ex iniusta acceptione, vel si vis etiam ex contractu; sed neque oritur ex re accepta, quia supponimus ex damno dato nihil remanere apud dominum servi aut alium: neque oritur ex iniusta acceptione, quia nulla praecessit culpa domini: neque etiam oritur ex contractu cum nullus praecesserit: ergo dominus servi aut alius etc.

53 Obedio, tale obligaōg oriri quasi ex re accepta, quatenus servus ipse, l. at obnoxiū manet ei, cui damnū intulerat; quare eorū dnus dū eos possidet, het obligaōg restituendi raōe reī accepti. = Dāe 1ª, et loquor de damno illato a servo: ideo eius dnus iure nō teneret ad restiōg quasi ex re accepta, q. servus ipse manet obnoxius ei, cui damnū intulit; d hoc n sufft ut dnus servi teneat ad restiōg predicto mo: g. Pbo min: quod servus ipse manet obnoxius ei, cui damnū intulit, solū pbat dari in servo obligaōg persalē reparaōe eius, qui damnū accepit, fundamentumq ius ad rē; d hoc n sufft, ut dnus servi teneat ad restiōg predicto mo: g. Pbo min: qª illa obligao persalis servi, et illud ius ad rē, quod cpetit damnificato ē posteriori ad ius in re, et dominiū, qd het in servū eius dnus: g huic nequit illud prejudicare; nā dnus servi ē quasi creditor anterior cū iure in re, et vero dominio, qui creditor debet preferri creditori persali, et solū ius ad rē hēnti: a

54 Dāe 2ª, et loquor de damno illato ab aīali: si tuus servus absq sua culpa damnū inferat, n manet ex iure nali obnoxius ei, cui damnū intulit: g neq tuū aīal manet obnoxiū ei, cui damnū intulit; n enī ē magis imputabile aut tibi, aut aīali damnū illatū a tuo aīali, quā sit imputabile aut tibi, aut servo damnū illatū a tuo servo: cfirmat, q attento iure nali n apparet raō, cur tuū aīal sit magis obnoxiū ei, cui damnū intulit, quā sit obnoxia tua arbor, aut tua columna, quæ absque tua culpa cadens damnū intulit vicinis tectis; d hæc obnoxia n manet: g neq tuū aīal.

55 Obedis ex P. Tuzziano diversā ēē raōg in rebus sensitivis, ac in n sensitivis eo qd sensitiva movent ex agente, et sponte, et facilius possit, quā ab illis damnū pati, quā a n sensitivis: et ideo mirū n ē, quod ex iure nali hēnda sit raō cpensaōis pro damno illato a sensitivis, et n pro damno illato a n sensitivis: sic etiā legislatores hūni aliq in uno, ac in alio casu disposuerunt ppt eamdē raōg. = Dāt ē; qª ex diversitate assignata n pbr tuū aīal attento iure nali manere obnoxiū ei, cui damnū intulit, et n manere obnoxiā tuā arborē, aut tuā columnā.

56 Ratio est: quia ex eo quod res sensitivae moveant ex appetitu, et cognitione, faciliusque damnum inferant, quam non sensitivae, solum probatur res sensitivas facilius esse obnoxias ei cui damnum intulerint, et non ita facile res non sensitivas; sed ex hoc non probatur, quod attento iure naturali mere obnoxium ei, cui damnum intulit, et non mere obnoxium tamquam arbor, aut columna: ergo. Itaque ratio data ad summum suadet expediens fuisse quod lex aliqua poenalis fieret obligans dominum ad aliquam restitutionem faciendam post sententiam iudicis ut sic dominus vigilaret circa suas res sensitivas videlicet servos, et alia.

57 Probatur 2° secundo quoad 2am partem: attento iure naturali non magis tenetur ad compensandum damnum illatum per alienam operationem servi, aut alterius absque propria culpa quam teneatur ad compensandum damnum illatum per propriam operationem; sed attento iure naturali non tenetur ad compensandum damnum illatum per propriam operationem absque omni culpa (ut quia dormiens erat, vel amens quando illud intulit): ergo neque tenetur ad compensandum damnum illatum per alienam operationem servi, aut alterius absque propria culpa.

58 Probatur modo 2a pars conclusionis, videlicet dominum servi, aut alterius non teneri iure positivo humano ad restitutionem ante sententiam iudicis. Nullum fundamentum sufficiens datur ad probandum fuisse legislatorum intentionem per tales leges obligare dominum servi aut alterius ad aliquid refundendum ante sententiam iudicis: ergo. Dices: sufficiens fundamentum esse, quod tales leges non sunt poenales eo quod non supponant culpam in domino. Contra, hoc non sufficere; sunt enim quasi poenales. Sicut autem leges poenales statuunt in poenam delicti aliquid fieri post sententiam iudicis, quod non est debitum ante sententiam; ita praedictae leges quasi poenales statuunt aliquam restitutionem fieri post sententiam iudicis de pace publica. Confirmatur ex P. Molina: quia praedictae leges [illegible] sunt vel usu receptae nisi ut post sententiam iudicis obligantes; sed non aliter obligant nisi in quantum usu receptae sunt: ergo.

Argumentum 1 ex P. Vazquez:

59 Postquam introducta est rerum possessio, et divisio per appropriationem, non est sublatum ius naturale, quod unusquisque habet ad recuperandum damnum, quod passus est ab alio sive bruto, sive servo, sive libero: ergo si passus est damnum a bruto, hoc [illegible] sui valoris debet iure naturae manere illi obnoxium, et similiter servus

ut inde illatu damnu reparet: ergo et dnus debet iure nat. l servu, aut bonu tradere, l illatu damnu reparare. Ita, o s anti, nando cog. Soluo hunio aag. hes n. 53, et segh. Quibus addo, quod ista obligao specialis servi, et illud quo ad eg, quod spectit damnifato ligant servu ut si liberty aliquando asequat, aut si bona aliqua heat, eorg uty servus e, quo sint ipsius, et n dni damnu ab ipso illatu satisfaciat.

60. Pbg. 2o quidquid servus, aut ol afert utilitatis e dni: ergo et quidquid afert damni: ergo ex damno a servo, l ab illato tenet iure nat dnus. Spar ex P. Tusiano: si lex natis n obligaret dny ad predicta restitus, in iuste et sine caa eet lex huna illg ad eg obligans sine ulla eius culpa: g. Ita ad arg. o s anti disquendo asquens: et quidquid afert damni, quo posit prejudicare iuri dni, odo; quo n posit iuri dni prejudicare, no cog. stag damny mo dicto illatu a servo prejudicare nequit iuri dni; ng ibi tribuit damnifato ius ad eg a servy: at iura hunc ad eg prevalet iure in se, et dominy ipsius dni.

61. Ad spaog no ano; et eni lex natis n obliget dny ad predicta restitus, iuste tn, et raoabili ex caa lex huna obligat dny ad taly restitug: sic eni dni cautiores erunt ut pea suos servos, aut alia damny n inferat: et sic eorg prodet coi bono. Ad hunc aute fine n requirit, qd dnus servi, aut alis, teneat restituere ante seg iudicis: d sufic, quod teneat post seg iudicis. His adde, que diximus in spaog 2i parto nat. iesis.

62. Pbg. 3o p 2a fea; ng Gregorius

„ IX cap. ultimo de iniuris sic ait: qd si alia tua nocuisse pponas;
„ nihilominus ad satisfaog teneris, nisi ea dando pateris damny, velis liberare te ipsy. Ubi aperte (inquiunt adversari) insinuat obligaog restituendi ante seg iudicis. Resi post ex P. Lesio predicta verba intelligi posse de obligaoe restituendi in foro externo, qd satis indicant illa verba nisi velis liberare te ipsy videlt ab impetio e actionis. Ita alij, predicty decry intelligendy ee de obligaoe restituendi in foro externo, et post seg iudicis; ei n alia usu receptiy e. Sect. 3a Qualis culpa sufiat ut teneat aliquis ad restituog extra cny, et stractu?

SECT. 3ª

Qualis culpa sufficiat ut teneat aliquis ad restitutionem extra peccatum, et contractum?

63. Culpa aliquando sumitur a Jurisperitis, et aliquando a Theologis. Apud Theologos culpa idem est ac peccatum, sive mortale, sive veniale. Apud Jurisperitos est idem ac omissio alicuius diligentiae unde sequitur aliquod incommodum. Culpa haec juridica multiplex est; nam alia est latissima, alia lata, alia levis, et alia levissima. Culpa latissima est dolus apertus, et culpa lata est dolus praesumptus. Est autem dolus quaevis calliditas, fallacia, et machinatio ad circumveniendum, fallendum, et decipiendum adhibita. Calliditas fit tacendo, fallacia mentiendo, machinatio arte verborum. ut tradit glosa ff de dolo.

64. Culpa lata est omissio eius diligentiae, quam homines eiusdem status solent communiter adhibere; ut si quis libros sibi commodatos relinquat extra cubiculum. Culpa levis est omissio diligentiae, quam diligentiores, et prudentiores adhibent; ut si quis libros sibi commodatos posuit intra cubiculum, et ostium non clausit. Culpa levissima est omissio diligentiae, quam prudentissimi, et diligentissimi adhibent; ut si quis libros intra cubiculum clausit, et postea non tentavit, ut pateret an vere clausum esset. Sic explicant praedictas culpas P. Lugo, cuius explicationem admittunt ab omnibus, tamen P. Molina tomo 2º de iustitia disp. 293 dicit, non esse damnandum culpae, etiam levissimae eum, qui postquam ostium cubiculi clausit non tentavit an vere clausum esset, nisi forte expertus esset clavem non esse fidelem.

65. Observandum est, culpam iuridicam posse esse sine culpa Theologica; hocque intelligendum est non solum de culpa iuridica levi, aut levissima, sed etiam de lata: nam si omittat ea diligentia, quam homines eiusdem status solent communiter adhibere, incurrit culpam iuridicam latam: et tamen ea omissio accidere potest omnino inadvertenter, aut ex oblivione: et consequenter sine culpa Theologica; haec enim sine advertentia, et deliberatione esse non potest.

ille, in quo res devenit procuranda titulo sive gratuito, sive oneroso, sive ex testamento, dummodo heres non sit. Successor universalis dicitur, qui ipse, et ipsius est heres, sive ex testamento, sive ab intestato; et sive sit solus heres, sive simul cum aliis. Dico 1º mala fides authoris non nocet successori particulari ad praescribendum, quia post talis successor (dummodo bona fide habeat) incipere praescriptionem computando tempus ab initio suae possessionis. Dicitur probatur ex lege ante vitium ff de diversis, et temporalibus praescriptionibus, et § inter venditionem instituta de usucapionibus ... glossis.
Accedit hoc ratio; quia authoris possessio succedit successori cum re ipsa, et iure, quod habet ad rem, non tamen debet ei computare sua vitia personalia, quale est sua mala fides: quare cum successor aliunde habeat bonam fidem, et titulum, poterit incipere praescriptionem computando tempus ab initio suae possessionis.

623. Ab hac generali doctrina excipitur casus, in quo res immobilis, quae intra decem, vel 20 annos praescribenda erat possidetur ignorante illo, cuius praescribitur; tunc enim ante 30 annos non potest illam praescribere successor, qui illam accepit ab authore malae fidei. Constat exceptio haec ex authentica malae fidei codice de longi temporis praescriptione, ubi dicitur: „malae fidei possessore alienante, cessat „longi temporis praescriptio si verus dominus ignoret ius suum, et alienationem „factam, spectat quia 30 annorum desensio.„ Eadem exceptio probatur aliis rationibus citatis a Doctoribus.

624. Excipitur etiam casus in quo res possessa sit furtiva, vel vi possessa; tunc enim requiruntur 30 anni, ut successor cum bona fide possit illam praescribere. Constat hoc § furtivae instituta de usucapionibus. Res enim furtiva, vel vi possessa habet ex iuris dispositione vitium obsistens ordinariae praescriptioni, ut constat ex loco citato instituta. Hinc colligit P. Dominicus Galli Thaye Soto, de libro 4º de iustitia quaest. 5a art. 2º post Dominicum reliquos docet, filius latronis si bona fide paternam hereditatem adivit et toto tempore praescriptionis eadem bona fide possedit res furtivas in illa, etiam si postea innotescat furtum alienum. Et idem docet de emptore, qui bona fide emit a latrone. Sed hoc est aperte contra res, ut testatur Lessius libro 2º cap. 6 dubit. 13: et quoad heredem authoris malae fidei constabit ex dicendis numquam praescribere titulo heredis: quoad emptorem constat

ex immediate dictis. Vide Lossu loco citato ubi explat legg si aliena to ff de usucapionibus, quas . . . se citat Sotus.

625. Dico 2°: mala fides authoris nocet immediato successori universali ad praescribendum, ita ut nullo tempore possit ipse praescribere, et si ipse bona fide possederit, et tunc non valet accessione temporis, quo author possedit. Et ... DD. ea, quam tenet P. Thelina disp. 65. Est ex lege ... heres ff. de diversis, et temporalibus praescriptionibus ... heres in ... defuncti succedat, ignorante sua defuncti vitia non excludit: veluti cum sciens alienum ille, vel precario possedit, quamvis enim precarium heredis ignoranter non tenet nec interdicto recte conveniat, tamen usucapere non poterit, quod defunctus non potuit." Et § diutina instituta de usucapionibus. Ibi: "si ille (defunctus videlicet) initium iusti non habuit (hoc est si mala fide cepit possidere) heredi, et bonorum possessori, et ignoranti, possessio non prodest." Idem habet lege ultima codice cum de usucapionibus.

626. Accedit ratio, quia immediatus successor universalis, seu immediatus heres persona defuncti reputat, eiusque succedit in omnibus oneribus: et hac de causa quasi una eademque reputatur possessio defuncti, et immediati heredis: cum autem initium eiusdem possessionis in defuncto sit vitiatum mala fide censetur eadem vitiata possessio, quae parte extendit ad heredem, ita ut heres, ... eius mala fide censetur possidere. Sed mala fides nocet praescribendi: quia si defunctus cum praedicta mala fide non potuerat praescribere, ita neque heres: quia dicta intelligenda sunt sive heres ... inveniat, sive non, ut optime ex Covarrubias observat P. Thelina disp. citata.

627. Advertit tamen P. Lessius non videri omnino improbabile, immediatum heredem posse praescribere spatio 30 annorum; quia ad hanc praescriptionem non requiritur titulus, sed solum possessio bonae fidei. Et si pertinere ... immediato heredi dicatur possessio malae fidei quatenus eius possessio ... continuatur cum possessione defuncti, et cum hac una, et eadem censetur, non tamen dicit possessionem malae fidei, si possessio coepta fuerit a defuncto, ac ut ab ipso herede ... initium per novum actum, quo dicta herede cepit possidere. Unde prae

directo heres poterit praescribere spatio 30 annorum non utendo in accessione temporis, quo mala fide res possedit defunctus. Praeterea: mala fides haeredis non est vera, sed ficta, quia illa non est tribuenda tanta vis, quanta tribuitur malae fidei verae: quia licet illa mala fides ficta noceat praescriptioni ordinariae non tamen debet nocere extraordinariae, qualis est 30, vel 40 annorum. Ergo haec tamen non est deserenda communis dicta ficta.

628. Notabis tamen, quod si haeres propriis titulis haereditatis habeat aliquid titulis, quo res illa, quae fuit defuncti, possit praescribere, ut si rem emerit, vel redemerit, tunc mala fides defuncti haeredi non nocet, ut possit rem praescribere non ex titulo haeredis, sed ex alio. Notabis praeterea quod quod dicunt doctores haeredem praescribere non posse, quo autor mala fide possedit, sed intelligendum est de mala fide vera, non autem de ficta, aut praesumpta. Unde licet haeres immediatus, sive qui immediate successit defuncto mala fide vera possidenti praescribere non possit cum bona fide; tamen haeres huius haeredis praescribere posset eam rem non utendo accessione temporis quo haeres immediatus rem possedit. Ratio est quia iura duas fictiones in una et eadem re, et eodem capite detestantur. Unde licet in primo haerede fictione tantum iuris censeatur mala fide possidere, quatenus persona defuncti censeatur mortis expirato; tamen in 2º haerede non est fingenda mala fides ex tali repraesentatione; aliquin oriuntur duae fictiones ex capite repraesentationis eiusdem defuncti. Praeterea: licet mala fides vera defuncti pariat in 1º haerede fictionem, sed veluti umbram malae fidei; haec tamen mala fides ficta, seu umbratilis non potest similiter parere in 1º haerede, quia umbra umbram non facit, sed verum corpus.

629. Notabis insuper nomine successoris universalis, cui nocet mala fides defuncti non intelligi successorem in officio, vel dignitate, licet postea aliunde haeres illius sit. Unde licet defunctus ob malam fidem non posset praescribere, poterit tamen successor in officio, vel dignitate, ut cum Panormitano, et Decio, observat P. Molina. Notabis denique, quod quando defunctus possidebat bona fide, sed absque titulo, atque adeo indigebat longiori tempore ad praescribendum, eius haeres si non sit qui in iure vocatur suus, sed extraneus poterit breviori tempore praescribere: quia incipit possidere bona fide, et cum titulo. Si autem sit haeres, qui suus vocatur in iure non

post praescribere tam a herede, quam cum praeficitur necesse est, ut praescribendo habeat in quo defunctus cum bona fide possedit, tamen eius heres continuet possessionem cum bona fide ipsi necesse est, quod possideri ut sine titulo praescribat.

630 Heres suus, quos Graeci domesticos vocant, est filius, et filia alii patris, nepos, et neptis avi morientis, in cuius erat potestate, ut ex instar exemplar §. Heres. Quod autem ut praedictus heres praescribat requiratur, quod diximus, constat ex lege nihil 2 de herede codice de usucapione pro herede, et lege 2a ff. pro herede. Et ratio est quia heres suus censetur continuare dominium sui praedecessoris, tamquam unus sit ille, et id, cum ante adhuc heredes esset Dominus illius, quod ceteris heredibus non convenit: et hac de causa ex eo quod heres creat, non censetur habere novum titulum ad comparandum dominium rerum, quarum prior possessor erat dominus. Aliqui vero volunt, praedictum heredem habere titulum sufficientem ad praescribendum, si videtur continuare successor de iure civili, et succedere aliquid de iure patrio iuxta quod non desiderat statutum, ac patria potestas. Videat Covarrubias regula possessor parte 2a § 5 n 3 sect. 8 De titulo ad praescriptionem requisito.

SECT. VIIIa

De titulo ad praescriptionem requisito

634. Titulus est causa ex se habilis ad transferendum dominium, ut donatio, emptio, permutatio et aliae similes. Titulus potest esse verus, vel coloratus, vel apparens, vel praesumptus. Verus est quando re ipsa existit, ut si re vera emptio intervenit, et tunc aptus ad praescriptionem habet dominium. Coloratus est, quando intervenit idem titulus habilis, quod invalidus ob causam aliquam ignoratam, ut si intervenit emptio, sed fuit invalida quia infra dimidium recti pretii. Apparens, seu existimatus est, quando non intervenit titulus, quem bona fide credit intervenisse, ut si quis prudenter videatur rem emptam fuisse a suo parente, cum tamen empta non fuerit, neque quidquam per emptorem invalida. Praesumptus est quando non scitur de ullo titulo certo, quo res incepta sit possideri, quem tamen prudenter credit aliquem adfuisse, ut cum quis habet possessionem longissimi temporis.

632. Dico 1°: ad praescriptionem non requiritur verus

titulus. Ratio est, quia si adsit verus titulus, v.g. vera emptio, iam ante ad praescriptionem et independenter ab illa habet possessor dominium rei, et dependenter res est sua: ergo. Dico 2.° ad praescriptionem sufficit titulus coloratus, et etiam existimatus, dummodo non sit titulus emptionis. Hoc constat ex lege 28 ff de usucapionibus ubi: "si existimans debere tibi tradam ita demum usucapio sequitur si et tu putes deberi esse: aliud si putem me ex causa venditionis teneri, et ideo tradam, hic enim nisi actio praecedat emptionis, usucapio locum non habet:" ergo.

633. Dico 3.° ad praescriptionem sufficit etiam titulus praesumptus, ut constat ex lege 2.ª codice de praescriptione 30, vel 40 annorum. Quod autem ita statutum est, eo quod potuerit esse verus titulus in possessionis initio, postea per oblivionem deperditus. Notandum tamen est, ad praesumendum titulum non sufficere possessionem temporis ordinarii requisiti ad praescriptionem, sed requiri possessionem 30, aut 40, vel plurium annorum, quae possessio longissimi temporis solet appellari, quod intelligendum est quando ius non resistit, seu non prohibet per se talem possessionem, neque aliunde est praesumptio malae fidei possessoris.

634. Quando autem vel ius resistit, vel est praesumptio malae fidei, non sufficit ad praescribendum praescriptionis tempus, sed insuper necesse est probare titulum, sufficiens vero possessio temporis, de cuius initio non est memoria, etsi titulus non probetur. Constat ex cap. 1.° de praescriptione in 6.° ubi: "4 et qui ex praescriptione beneficia sibi non est stare ius commune, vel praesumptionem non habeat sufficit bona fides: ubi tamen est contra ius commune stare, vel habeat praesumptionem contra ipsum bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat praescribendi, nisi tanti temporis allegetur praescriptio cuius contrarii memoria non exstat." Videatur P. Thoma tomo 4.° de iustitia disp. 35, et 36, ubi explicat discrimen inter praescriptionem centenariam, et praescriptionem temporis de cuius initio non est memoria. Sect. 9.ª quae res possunt praescribi.

SECT. IX.ª

Quae res non possunt praescribi.

635 3.ª conditio ad praescriptionem requisita est, quod res praescribenda non sit vitiosa, hoc est, quod sit apta praescribi: quae conditio ponitur, non illa sunt, cuius praescriptio prohibetur in iure, quae breviter recensuimus.

Utaq statuit in iure res furto ablatas, et quæ per vim possidentur, non posse præscribi non solum a fure, et ab eo, qui per vim eas possedit, sed etiam a quibuscumque aliis, qui bona fide ab eis eas emerunt, seu quocumque alio titulo bona fide eas possederint, ut constat ex institutis de usucapionibus § furtivæ quoque res. Quod intelligendum est de præscriptione ordinaria, non vero de præscriptione 30 annorum, ut notant Doctores ad citatum locum institutionum, et constat ex lege omnes, et lege sicut in 3° codice de præscriptione 30 annorum. Vide quæ diximus n. 622.

636. 2° præscribi non potest ab uno ex heredibus, rem, quæ inter se nondum diviserunt, et ab uno possidet, quocumque enim tempore ea possederit non potest eam præscribere adversus reliquos: quia ille omnium nomine censetur possidere. 3° præscribi non potest ab herede res, quam defunctus mala fide possedit, iuxta dicta a n. 625. 4°: nullo unquam tempore præscribi potest homo liber, ut constat ex lege ultima codice de longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, et aliis iuribus citatis a P. Molina tomo 1° de iustitia disp. 69. 5°: neque præscribi potest obedientia a subdito adversus eum, cui alio quin ille debeat, ut constat ex cap. non liceat de præscriptionibus, neque etiam subditi præscribere possunt adversus prælatum, aut Episcopum ut non visitent. Neque insuper ut Episcopo non solvant per certos illi debitum dum ab ipso visitantur, ut constat ex cap. cum ex officio de præscriptionibus, et cap. cum instantia de censibus. Potest tamen aliquis qui subditus non sit talis prælati præscribere adversus prælatum, ut ad ipsum pertineant subditi talis prælati, et ut ab ipso visitentur, ipsique procurationem, et non antiquo prælato debeant, ut ex iis constat ex citato cap. cum ex officio.

637. 6° præscribi non possunt limites, seu fines provinciarum, Episcopatuum, et Parochiarum, si sufficienter constat tales fines præfixos, constitutosque fuisse, ut constat ex cap. super eo de parochiis, et cap. quicumque iuncta glosa, et cap. 1 in sequentibus et cap. iunctis memoratis 16 quæst. 3a. hanc doctrinam expendit Oxoniensis ad limites Ducatuum, Comitatuum &c. At limites prædiorum præscribi possunt ut constat ex cap. volumus 16 quæst. 3a et cap. 2 auditis de præscriptionibus. 7° præscribi non possunt neque in toto, neque in parte respe-

blice, hoc ē, quæ in usu, l. modum publicū sunt deputatæ, ut viæ publicæ, pontes, plateæ &c. ut constat ex lege 2. usucapere ff de usucapione et lege vigesimo codice de operibus publicis. quamvis verum est etiam si populus eis uti desinat, ut constat ex lege vno ff de via publica.

638. 8.º addunt aliqui non posse præscribi aliquid contra nexum ecclesiæ descendens, ut quod in aliqua ecclesia tempore interdicti celebrari possit dilatis campanis, et alta voce ex cap. cum inter de consuetudine, ut adverterit P. Molina tomo 1.º de iustitia disp. 39. n.º 16, et ex ipso Cardinali de Lugo tomo 1.º de iustitia disp. d. sect. 8. n.º 155 ex citato capite non posse consuetudinem, aut præscriptionem illam non fuisse validam, quare dignum revocare fuit de facto revocatam in illo capite: unde magis videtur hæc ex prædicto capite fuisse valida, alioqui necessaria non esset revocatio, quod declaratio nullitatis.

9.º neque præscribere potest simplex sacerdos, etiam præscribere tempore, de cuius initio non sit memoria, facultatem conferendi minores, ordines, et in universum, quæ conveniunt Episcopis ratione ordinis, et nulli alii competere possunt nisi ex delegatione papæ. Ratio est; quia repugnat, aliquid ex mera delegatione habere et illud habere titulo præscriptionis: quod repugnat, simplex sacerdos habere titulo præscriptionis facultatem conferendi minores, ordines: ergo. Ratio minoris est; quia facultas conferendi minores ordines exigit semper haberi a simplici sacerdote ex delegatione. Ratio antecedentis est: quia quod habetur ex delegatione non habetur iure proprio, quod ex mera voluntate delegantis, a qua omnino pendet in fieri, et in conservari: quod autem habetur titulo præscriptionis, ita fit proprium eius, qui præscribit, et consequenter habetur iure proprio.

639. Circa res alienari prohibitas dubitatur, an possint præscribi? Panormitanus in caput cum ecclesia de præscriptionibus n.º 3.º, quem sequuntur communiter Doctores distinctione utitur: nam res, quæ prohibitæ sunt alienari quædam non prohibentur simpliciter alienari, quod solum sine talibus solemnitatibus, ut res ecclesiarum, pupillorum, et minorum: quædam vero prohibentur simpliciter alienari, ut fundus dotalis, res vinculo primogenituræ alligatæ, res fidei commisso relictæ, ut quando bona aliqua alicui relinquuntur, ut post mortem ipsius transeant ea ad alterum, et in iure appellatur fidei commissaria substitutio, et quando aliquid in parochiani alicui legatur, heres namque illud non potest alienare, quod tenetur integrum tradere legatario.

640. De rebus prioris

generis aut Panormitanus, posse praescribi adversus Ecclesias, et minores, etsi non interveniant solemnitates illae, ac proinde alienationes sint ipso iure nullae, dummodo non interveniat mala fides ex parte possessoris, neque concurrat titulus clari, et indubitati; sed solum detur in ipso titulorum facti. Observat in S.a Tholina t. V de iusta tract. 2 disp. 12, post litt. dict. textu 2a § si a pupillo ff. de emptione, et aliis iuribus res pupilli, et res minoris praescribi posse; ista illis postea restitutio in integrum; postea in iure codicis ablata est omnis praescriptio tituli pupillis, etiam praescriptio temporis longissimi ex lege fin. in [illegible], verba quae erat codice de praescriptione 30 annorum, et aliis iuribus: a minoribus vero ablata est omnis praescriptio ordinaria, et relicta sola praescriptio 30 annorum ex lege 3a codice quibus non obiicitur longi temporis praescriptio.

621 De rebus posterioris generis docent V. D.res posse praescribi tempore de cuius initio non sit memoria; hoc enim affert secum praesumptionem facultatis Principis ad alienandum. Docent 2o posse praescribi, si sint prohibitae alienari, quando ante statum prohibitionis iam erat coepta earum praescriptio. Ita colligitur ex lege si fundus ff. de fundo dotali, ubi id expresse statuitur de fundo dotali. Excipiuntur tamen res pupilli, quarum praescriptio sit coepta, et statim ac incipiunt pertinere ad pupillum dormit durante pupillari aetate, ut constat ex lege fin. in [illegible] ante citata. Docent 3o bona maioratus, et alia prohibita alienari non posse praescribi adversus successores tempore ordinario, ut colligitur ex lege ultima § sin autem ff. de [illegible] codice

„communia de legatis, illis verbis: ut nec usucapione, nec longi temporis

„praescriptione contra legatarios, vel fidei commissarios procedat &c.a

622 Neque obstat, quod lege Sticho ff. de usufructu legato videatur decerni prohibita bona praescribi posse spatio longi temporis; tunc enim dicitur de iure antiquiore fortasse validam esse talis praescriptio tamen iure codicis illi derogatum est, ut eius aliis docet citatus R. P. Tholina. = Sed notabis, quod non censent plurimi bona esse prohibita alienari, atque adeo non posse praescribi tempore ordinario quamdiu vivit testator, et institutor maioratus, qui testamentum, vel institutionem revocare potest, quia res illa, quae post eius Dominum pro suo libito possit alia facultate alienare, non est inalienabilis. Secus esset, si fuisset facta irre-

vocabulo instico marozatus.

623\. Dubitat vero, an eiusmi bona lapsu spatio 30 annorum praescribi possint? Communis sententia docet, posse quidem praescribi eiusmi bona adversus possessorem alienantem, et etiam adversus successorem postquam advenit tempus, quo in illis bonis succedere debebat, non vero antea, cum agere non posset, et multo minus adversus nondum natos. Ita Pinelus, Gama, et alij, quos citat, et sequitur P. Molina disp. citata § dubium vero est. Fundamentum huius sententiae desumit ex citata lege ultima § sin autem sub initio, in qua solum prohibet praescriptionem longi temporis, non autem praescriptionem longissimi temporis, quale est 30, vel 40 annorum. Oppositum tenet Antonius Gomez videlicet neque spatio 30 annorum praescribi posse eiusmi bona.

624\. Covarruvias in in regula possessor parte 3a § ultimo probabile iudicat, eiusmi bona spatio 30 annorum praescribi posse adversus omnes successores, etiam nondum natos. Quod multis probat, non tamen audet a communi sententia recedere. Cardinalis de Lugo etiam iudicat probabile praedictam sententiam, et sic illam probat: neque in Vo successores natos, et non sint possessores marozatus, possunt tamen agere adversus praescribentem propter interesse, quod habent, et ipsorum spes succedendi, quaecumque illa sit. Deinde quia tota prohibitio praescriptionis oritur ex voluntate fundatoris, vel testatoris prohibentis alienationem, et ex lege prohibente praescriptionem. Sed his non obstantibus potest praescribi adversus possessorem, cui non potest adversus omnes alios, cum nulla sit lex prohibens talem praescriptionem temporis longissimi, et ideo quoad longissimum remanent bona illa dispositioni iuris communis. Et haec probabilia sunt, non tamen cogunt deserere communem sententiam.

625\. Praeter enarratas sunt aliae res quae praescribi non possunt, ut sunt res cultui Dei consecratae, ut calices, templa etc. quae sunt Dei, qui per suos ministros censetur illas possidere. Neque etiam praescribi potest a laico ius percipiendi decimas, et illud habere potest ex privilegio Sedis Apostolicae. Ecclesia enim tali privilegio laicus est incapax talis iuris, iuxta Concilium Lateranense sub Alexandro 3o circa 1179. Notat tamen P. Molina disp. 75, quod si constet aliquem ante 40 annos possedisse tale ius ante tempora praedicti Concilij posse illud

praescribere; quia praesumitur habuisse privilegium, non ante illa tempora quibus erat dare jura de ecclesia benemeritis, vel regna. Videatur circa hoc Covarrubias Variarum resolutionum Cap. 17.

626. Neque ea, quae principi debentur in signum debitae subiectionis praescribi possunt a subdito ex lege omnis codice de praescriptione 30 annorum. Nos colligitur Bartolus ex lege in omnibus ff de diversis, et temporalibus praescriptionibus. Et tradit lege 6a titulo 29 parte 3a legum Castellae, conatusque lex 1a titulo 15 lib. 2o novae collectionis illis verbis: „y asimismo lo que las leies dicen, que „las cosas del reino no se pueden ganar por tiempo, se entienda, „de los pechos, y tributos a nos debidos.„ Unde id quod supremae potestati innatum est quatenus talis est, non potest praescribi a subdito: ut quod ad principes ab eo in appellat, quod coercere, quod non sit, quod legibus non obliget, et quod tributa in regnis supremae potestati et tribuant: quae omnia late illustrat D. Cholina dissp. 52 ex legibus Castellae, et Lusitaniae.

627. Cum hac in contrarium stat quod possit subditus spatio 40 annorum praescribere immunitatem ab aliquibus gabelis, quae non solvuntur in regnis supremae potestati, dum subditi ad aliquem respectum, ut colligitur ex lege omnis codice de praescriptione 30, vel 40 annorum, et cum Covarrubias notat D. Lessius lib 2o cap 6o dub. 12. Insuper: et non possit praescriptione homini subditus meus subditus exemptus sit ab eo, quae principi competit erga subditos conveniunt, vel ab eorum imperio, censura, iudicio etc., potest tamen negari quod qui erat subditus fiat non subditus, et non agnoscat illum superiorem in spatio temporis; quod multi Principes antea subditi Romano imperio fecere. Ad hoc autem sufficiunt 40 anni cum titulo, et sine titulo tempus immemoriale. Exemptio autem a potestate spirituali Summi Pontificis nullomodo praescribi potest; si neque ipse Pontifex potest aliquem a sua iurisdictione eximere; quia haec iure divino connexa est Pontificatui in verbis Christi ex illis verbis Christi Domini Joan. 21: pasce oves meas.

628 Circa bona, quae sunt Regni corona spectant ut sunt saltus, pratea, venaria, urbes, castra etc., dicendum est, praescribi non posse a Principibus nisi spatio 100 annorum ut colligitur ex lege ut inter divini codice de sacrosanctis ecclesiis, ubi in praescribendo legato donato, vel empto a civitates requirunt

spatiy 100 annorum: q multo magis 3 regni, l provinciae. Circa ea, quae ad iurisdictionem pertinent, et a Principe concessi possunt subditis, quales sunt instituere tabelliones, legitimare, punire ultimo supplicio, et similia, dicendum est, quod sine titulo non possunt praescribi 3 Principem nisi praescriptione immemoriali. Ratio est; quia stat in statu praesumptio iuris cum iurisdictio tota ad Principem pertineat, et non ad subditos: ita adeo defectus tituli suppleri debet per praescriptionem immemorialem; aliter praesumitur mala fides. At vero quando adesset titulus, et bona fides dicunt aliqui cum P. Molina posse a subditis praescribi spatio 40 annorum. Alii cum P. Molina requirunt spatium centum annorum, quia ea omnia ad Regni coronam spectant.

649. Quod dictum est de iis, quae ad iurisdictionem pertinent, dicendum etiam est de tributis, et vectigalibus, videlicet ea non praescribi adversus Principem, ita ut subditus ea imponere, l exigere possit, nisi l praescriptione immemoriali sine titulo, l cum titulo, et bona fide spatio 100 annorum; quia ea pertinent etiam ad coronam. Videatur circa hoc Pater Molina disp. 55 § cum tributa, et sequentibus, ubi observat, quod in legibus Castellae, quas Elisabet, et Ferdinandus Reges Catholici tulerunt, et postea eorum nepos Carolus 5.us et pronepos Philippus 2.us innovarunt, peculiariter sancitum est ut ea tributa (quae alcavalas vocant) quae tempore seditionis Henrici 4.i Elisabelis fratris, necnon seditionis tempore ipsius Elisabelis, quidam usurparunt nullo umquam tempore etiam immemoriali, possint praescribi.

650. Notandum, quod ea omnia, quae diximus non posse praescribi adversus Principem, nisi tempore immemoriali, l spatio 100 annorum, possunt praescribi a privato 3 privatum eo tempore, quo cetera alia bona praescribi possunt. Notandum praeterea, quod ea bona, quae Principi spectant non ut Principi, sed ut privato praescribi possunt 3 eum sicut 3 alios privatos, ut cum Covarruvias docent P.es Molina d. 74, et Lessius. Circa res quae praescribi non possunt plura alia traduntur D.es, quibus supersedeo, quia ponunt ad Iuristas, quae ad Theologos pertinent. Illa si placet D.es citatos, et etiam P.es Azor tomo 3.o institutionum moralium parte 3.a lib. 1. cap. 20. Sect. 10. De tempore ad praescriptionem requisito.

SECT. Xa

De tempore ad praescriptionem requisito.

651. 2a et ultima conditio ad praescriptionem requisita est, quod possessio rei praescribendae sit continuata toto tempore a legibus definito. Pro cujus intelligentia sciendum est, quod sine possessione praescriptio non procedit ut patet regula 3a de regulis juris in 6o. Possessio duplex potest accipi, scilicet active, vel passive, et sic active sumpta est ipsa res possessa, et in hoc sensu praedia, quae possident aliquando in iure appellantur possessiones, ut constat ex lege interdum ff de verborum significatione. Formaliter sumpta est ipsa illa, a qua aliquis dicitur possessor, et res aliqua dicitur possessa. De possessione in hoc 2o sensu in praesenti loquimur.

652. Possessio dicitur a pedum positione, ut ex Labeone voluit Paulus Jurisconsultus in lege 1a § 1o ff de acquirenda possessione; quia potissimus actus, quo possessio rerum immobilium apprehenditur est pedum positio, ut colligitur ex lege 3a § 1 ff eodem titulo. Alii quos refert Covarruvias in rubrica de testamentis parte 1a n. 2o volunt possessionem dici a sedendo seu ponendo: alii ab antiquo nomine pos id est potens, et sedeo, quasi cum potestate sedeo. Quidquid sit de origine vocis difficillimum visum est interpretibus possessionem definire, adeo ut glossa in lege stipulatio, § hoc quoque ff de verborum obligatione dicere-,,rit, possessionem peritissimi aut nunquam definire.,, Cujus rationem esse arbitratur P. Scholastica tomo 1o de iustitia disp. 12, quod ex statutis, hominumque beneplacito pendeat, quid possidere aut non possidere sit censendum: et hac ratione possessio quid instans est, minimeque certa, ac invariabiliter magistris.

653. Hoc non obstante varii de scholasticis conantur Doctores nostram possessionis explicare: ex omnibus quae sunt, quae plus probabilitatis habere videntur 2 magisque conducunt ad nostram possessionis intelligentiam. 1a in suo casu, 2a in suo statu possessionem explicat. 1a sic tradit a Caradali de Lugo et aliis: ,,possessio est rei corporalis detentio corporis, et animi, utriusque adminiculo.,, Paulo aliter a P. Scholastica sic: ,,apprehensio rei corporalis vera, ,,facta corpore, et animo, utriusque adminiculo.,, Haec definitio est in suo

caali: nq possea in se, et sa e quid resultans ex apprehensione vera, l ficta rei corporalis. Sed in explicatione huius definitionis valde utilis e.

654. Dicit iuxta Cardinalis de Lugo sequentes Ostiensis, et Azonis detentio, per quam vocem id intendunt declarare praedicti authores, ac praesuponunt per vocem apprehensio. Haec apprehensio debet esse rei corporalis; quia incorporalia non dicuntur proprie possideri, de quibus possideri: illis tamen poterat applicari definitio possessionis ad hac auferendo voces illas corporalis. Dicit vera, l ficta; quia quilibet sufficit. Tunc autem datur apprehensio vera, quando res corporea manibus accipitur, l pedibus intratur iuxta qualitatem rei corporeae: apprehensio vero ficta datur, quando intervenit aliquis alius actus, qui ex iuris dispositione sufficiens e ad possessionem acquirendam; tunc enim per fictionem iuris censetur eiusmodi res apprehensa per talem actum.

655. Dicit corpore, et animo; quia utrumque requiritur, ut resultet possessio, apprehensio videlicet corporalis, et animus ea apprehensione possidendi, hoc e, hendi talem rem ut suam, ut constat ex lege 3.a in principio, et § in amittenda, et lege quemadmodum ff de acquirenda possessione. Unde non sufficit animus hendi sine re, quam video, ut meum l thesaurum, ut illorum possessionem assequar; si enim alius prius corpore sensu apprehenderat, illius possessionem assequitur. Neque item sufficit sola apprehensio corporalis; si enim non adest animus hendi rem ut suam non comparat illius possessionem sic Bajulus portans pecunias alienas in aedes domini eas corporaliter apprehendit, et tamen illas non possidet. Dicit iuris adminiculo; per hanc autem particulam ostenditur, quod apprehensio rei debeat esse iusta, saltem in existimatione apprehendentis, de solum requiritur quod ius positivum non restat, l ve non reddat personam incapacem possidendi; sunt enim casus aliqui, in quibus certis de causis ius reddit personas aliquas incapaces possidendi, et tunc quantumvis rem corporaliter apprehendant, et animo rem possidendi ut suam nec censentur civiliter rem possidere. Unde ad possessionem requiritur iuris adminiculum non quidem, de nave; quia requiritur, ne iure aliquo reddatur inhabilis persona ad possidendum.

656. Possessio dividitur multipliciter ex multiplicitate titulorum, quibus res possidetur: caeterum in divisio possessionis est in naturalem et civilem. Et licet valde explet a Doctoribus haec divisio, prout nunc supponitur explico, quam tradit P. Gaspar Hurtado tract. de iustitia, et iure disp. 1a diff. 2a, quae explico communiter est inter Doctores. Itaque tunc dicitur aliquis naturaliter possidere, quando actu corporeo, quo possessionem rei acquisivit perseverante naturaliter, seu physice insistit rei tamquam proprio: tunc vero dicitur civiliter possidere, quando suo animo insistit rei tamquam propriae, dummodo eam physice, seu actu corporeo retineat, sive retinuerit, et eam retentionem non revocaverit. Unde possessio alia potest dici pure naturalis, alia pure civilis, et alia simul naturalis, et civilis. Pure naturalis dicitur, qua aliquis physice insistit rei tamquam propriae, alius tamen eam civiliter possidet. Pure civilis dicitur, qua aliquis absens animo insistit rei, quam physice habitualiter retinet, quia eam actu retinuit, et eam retentionem non revocavit. Simul naturalis, et civilis dicitur, qua aliquis physice, et actu insistit rei tamquam propriae absque eo quod alius eam civiliter retineat.

657. Sed notabis quod ad civilem possessionem, sive puram, sive simul cum naturali requiritur quod non detur alius, qui eamdem rem civiliter detineat. Notabis praeterea cum Patribus Molina, et Luziano disp. 34 de iustitia dub. 4o n. 14 quod licet ad separandam possessionem civilem necesse sit, quod cessat naturalis possessio, perseverare non potest sola civilis sine naturali: ut accideret, siquis discederet corpore a re aliqua immobili, quam possidebat, vel agrum ad nundinas proficisceret, et interea alius animo possidendi eam occuparet: tunc enim qui discederet suo discessu amitteret possessionem naturalem, quam alius per ingressum in eam illo animo possidendi operaretur. Possessio tamen civilis remaneret apud illum, qui discessit, quousque reversus non admitteretur in possessionem naturalem, vel timens se non admittendum, nec praevaliturum adversus possidentem naturaliter, desisteret ab illa aggredienda, et occupanda: tunc enim censeretur derelictus a possessione civili, et alius, qui antea solum naturaliter possidebat inciperet possidere etiam civiliter, licet iniuste. In hoc autem medio tempore, quo unus possideret solum civiliter, et alius solum naturaliter, et solum diceretur rem proprie possidere, qui civiliter possideret.

658. Non solum potest quis per se ipsum possidere, sed etiam per alium, sive sit procurator, sive servus, sive filius, aut quicumque alius; ut enim habetur lege generaliter ff. de acquirenda possessione per eos generaliter possidemus, qui nostro nomine possidet. Insuper potest quis per se ipsum possidere solum civiliter, et per alium naturaliter: sic locator per se ipsum solum possidet civiliter, et per colonum aut inquilinum naturaliter ut habetur lege 3 § lege si servus, et § saltus ff. de acquirenda possessione. Notabis demum ad praescriptionem non sufficere solam possessionem naturalem, sed requiri civilem, sive sit simul naturalis, et civilis, sive sit pure civilis, qualis enim ex his sufficiens est.

659 Disputant vero iurisperiti an possessio civilis, et naturalis sint duae, an una tantum possessio. Covarrubias ad regulam possessor parte 2a in initio n. 4, et 5 videtur inclinare in sententiam docentium esse unam tantum possessionem qualitate dumtaxat distinctam. At vero Antonius Gomez ad leges Tauri cum communi iurisperitorum sententia contendit esse duas diversas, et separabiles, eo quod fieri potest, ut unus naturaliter, et alius civiliter possideat eamdem rem. Haec sententia placet P. Molina, dummodo addat efficere unam totalem possessionem constatam ex utraque, quando in eodem hae coniunguntur, eo quod idem homo non dicitur habere duas eiusdem rei possessiones, quamvis dici possit dupliciter possidere civiliter scilicet, et naturaliter.

660. 2a divisio possessionis est in fieri, et facto, et sic traditur a P. Molina disp. 11, quem sequitur P. Turrianus dubio citato: „insistentia actualis, aut quasi habitualis in re aliqua ex apprehensione „corpore, et animo iuris adminiculo proveniens.„ Explicatio huius definitionis satis constat ex dictis pro explicanda definitione. Praeter alias divisiones possessionis dividitur, ab omnibus in possessionem iustam et iniustam, cuius explicatio constat ex dictis circa bonam fidem requisitam ad praescriptionem. Ex hac autem divisione impugnatur P. Molina definitionem possessionis, quam tradit Bartolus videlicet „ius insistendi rei non prohibitio possidenti.„ Nam qui iniuste possidet, vere possidet, ut ipse Bartolus advertit, dum habet ius insistendi rei, quam possidet, cum potius tale ius ad insistendum est in illo, qui iniuste detectus est a possessione: possessio requirit esse tale ius. Itaque possessio habet a iure, quod sit iusta; ab insistentia vero modo dicto habet, quod sit possessio.

661. Notandum est, quod licet ad succedenda possessionem, de qua in iure cum fermento, et cuius exemplum hactenus dedimus, requiratur apprehensio aliqua vera, vel ficta; in eo peculiari iure quorundam regnorum alia datur possessio, quae absque aliqua apprehensione vera, vel ficta transit. Eiusmodi possessio ad dominos illius, cuius fermento in iure cum alteri a Dominus possessio civilissima: Videat circa hanc possessionem Covarruvias 3 variarum resolutionum cap. 5, et Molina Iurisperitus 3 lib. de primogeniis cap. 12 qui plures citant afferentes, quod in regno Galliae, et in multis locis Italiae, ipso bonorum defuncti peculiari lege eorum regnorum transit ad haeredem una cum dominio absque aliqua apprehensione, eo ipso quod haereditatem adiit. Videat etiam Antonius Gomez in lege 45 Tauri.

662. Circa privilegia, quae rara possessio consequitur is, qui rem possidet, videat D. Thomas 4. lo. de iustitia tract. 2 disp. 10, et P. Lessius lib. 2 cap. 1 dub. 13. Eo praedicto privilegio hoc unum noto, quod possessor bonae fidei certo quodam tempore legibus dato praescribit rem, quam possidet. Sed quia res potest esse mobilis, et immobilis, et sic rei diversitate etiam diversum tempus requirit certa leges ad rem praescribendam. Sciendum est, quid sit res mobilis, et quid immobilis. Res proprie mobilis est, quae loco moveri potest, vel a se per animalia, sive ab alio ut festio pecunia &c. Res proprie immobilis, quae loco moveri non potest ut domus, praedia &c. Haec divisio solum convenit proprie rebus corporalibus. Sunt tamen res aliae incorporales, quae ad res mobiles, et immobiles reducuntur, ut iura, servitutes, debita, actiones &c. Quando ergo iura, et actiones sunt ad obtinendas res mobiles, et debita sunt rerum mobilium, praedicta iura, actiones, et debita cum rebus mobilibus computantur: quo vero iura, et debita sunt rerum immobilium, cum rebus immobilibus numerantur; sicut etiam numerantur cum eisdem iura ad res mobiles, et debita eorum, quod non tantum sed sunt recipienda, vel exequenda, sed versantur vicibus ut census, beneficium &c.

663 Tho loquimur de rebus proprie mobilibus, et immobilibus, quae ante tempora Iustiniani brevioris tempore praescribebant in Italia: res enim mobiles praescribebant annali tempore bona fide continuata, et res immobiles praescribebant biennio. Ad hoc ius tamquam praxim aequitati consentaneum, exposuit Iustinianus

litigijs reformavit ipse Justinianus, ut videre est in cap. 4.t. de annali exceptione Italici contractus tollenda, et titulo de usucapione transferanda, cuius reformatione amplexus est ius canonicum.

664. Dico quod V. res mobiles privatorum praescribuntur triennio, si toto hoc tempore possideant a praescribente cum titulo, et bona fide: ita habetur in institut. de usucapionibus in principio, et lege unica cap. de usucapione transferanda. Quod autem requiratur titulus ad hanc praescriptionem operare colligitur ex verbis citatis a P. Molina disp. 66. Praescriptio haec triennalis cum titulo extendit a DD. ad res mobiles ecclesiae, ut videre est apud Covarrubias ad regulam Possessor p. 2a § 2. Hanc extensionem probant ex autentica quas
„ actiones cap. de sacrosanctis ecclesiis ibi: quas actiones alias decennales, alias
„ triennales, alias tricennales praescriptio excludit, haec, si loco religioso
„ competant 40 annis excludentur. Usucapione trienni, l quadrienni praescriptione
„ in suo robore durantibus, sola Romana ecclesia gaudente 100 anno-
„ rum spatio, l privilegio.„ Haec autentica recepta est ab ecclesia, ut cum
„ aliis testatur P. Lessius lib. 2o cap. 6 dubit. 3, et ex illa constat, in rebus,
et actionibus, quae minori tempore, quam decennio praescribuntur, par esse ius privatorum, et ecclesiae. Videatur citatus Lessius, qui etiam enumerat decem titulos ad hanc triennalem praescriptionem.

665. Dubium vero est an haec triennalis praescriptio etiam locum habeat contra ecclesiam Romanam? Affirmative sentit Bonacina tom. 2 disp. 4a de restitutione in omne genere ultimo puncto 2o § 2 n. 28 ubi hanc sententiam fere communem appellat, P. Molina disp. citata, Card. de Lugo tom. 4 de iustitia disp. 3 sect. 6, et eam probabilem esse ait P. Lessius loco citato. Negative sentit Silvester verbo praescriptio, P. Azor tom. 3o de institutione morali p. 3a lib. 4 cap. 22 et alii ab ipso citati, et in hanc sententiam inclinat P. Lessius. Authores 1e sententiae eam probant ex autentica citata n. antecedenti; nam iuxta illam remanet in suo robore triennalis usucapio: ergo haec etiam locum habet contra ecclesiam Romanam. Alia etiam media citant pro eadem sententia Cardinalis de Lugo.

666. Sed authores 2e sententiae arguunt ex eadem autentica: nam post illa verba usucapione trienni, l quadrienni praescriptione in suo robore durantibus

"dumtaxat", sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spatio privilegio", quod Eccla Romana licet haec verba excipiat ab illa regula generali in verbis praecedentibus contenta: de triennalis praescriptio locum non habet contra Romanam Eccliam. Constant ex capitulo, "si nobis de praescriptionibus, ubi agitur ab adversarioque jure infectus, et immediate dicitur, quod contra Romanam Ecclesiam nisi 100 annorum praescriptio locum sibi valeat vendicare; ubi glossa vero centum ait: hoc praescriptio currit in rebus, et possessionibus ... res a praescriptionibus, tamquam mobilia ab immobilibus.

666). Atqui hoc, et similia sunt praecipua fundamenta, quae movent authores ad ... triennalis praescriptionis locum habere contra Eccliam Romanam. Sed ... acriter arguo; quod illa exceptio, sola Romana Ecclia non est exceptio illius regulae contentae in illis verbis usucapere triennio &c. sed exceptio regulae contentae in illis verbis, hoc, si loco religioso spectant &c; illa autem verba usucapere triennio &c velut per parenthesim sunt interjecta. Solus hic constat post ex eo, quod non recte diceret, usucapio triennii in suo robore durare, si tamen ab ea exceptio haberet ... verba: non praedicto usucapio in suo robore durare ... nihil in illa mutari, si autem ... exceptio haberet aliquid in illa mutandum. Ex dictis constat ad reliquum arguit.

668. Ad similia post ... citatum capitulum intelligendum est ita ut requirat spatium 100 annorum ad praescribenda immobilia contra Eccliam Romanam, non vero ita ut etiam requirat spatium 100 annorum ad mobilia praescribenda. Constat post hoc ... ex casu illius capituli, quod quidam Episcopus intendebat praescribere subditos contra libertatem ... monasterii: Papa misit ... abbatibus, ut reciperent testes ... ad probandum praescriptionem contra libertatem monasterii. Cum autem postquam incohata fuisset praescriptio, fuerit in Ecclia schisma ... scribit Papa eidem ... dicens, quod cum Romana Ecclia gaudeat privilegio tam jure civili, quam canonico, ut contra eam non praescribatur nisi spatio 100 annorum in his computari non debent tempora schismatis, et ab illis deduci. Ex his non infert requiri spatium 100 annorum ad praescribenda mobilia contra Ecclia Romana.

669. Hic notare oportet, quod notat ipsa glossa ad citatum capitulum, videtur Romana Ecclia gau-

rese privilegio speali 100 annorum n^o solum in rebus Eccles, d^{ra} Eccl. Roma. sed etiam immediate speali subditis. Hoc intelligunt autores etiam quoad res mobiles. Ad id ad addit in hac ex Glosa nat. ab authentica Si quis ... quo accepit ab expensibus. Sed in explanatione ita ut Glosa n^o distinguat res a possessoribus tamquam mobilia ab immobilibus, d^{ta} ita ut clarius explet per hoc possessores res immobiles, quas per has rebus minus clare explicuerat. Ita ... stabilis e^t, d Kadherro in obsequium P. Molina, et Card. de Lugo. Notandum q^d tr. cont. dicat a D^{ris}, q^d res mobiles privatorum praescribunt triennio, quin distinguant praescriptione inter praesentes, a praescriptione inter absentes: at P. Hurtado tract. de iustitia disp. 2^a difficult. ... hac distinctione dicens, q^d res mobiles privatorum praescribunt triennio inter praesentes, et quadriennio inter absentes, et sic apte explicat authentica citata, ubi dicit usucapione triennii, l quadriennii praescriptione in suo robore durantibus.

6.3. Notandum praeterea, q^d res mobiles privatorum praescribunt sine titulo spatio 30 annorum, ut colligitur ex lege sicut in fine, et lege si quis de bonis. hoc cap. de praescriptione 30 annorum, ubi res immobiles privatorum praescribunt spatio 30 annorum sine titulo. Idem censendum esse videtur de rebus mobilibus, cum de his nihil speale sit statutum, q^{do} n^o adest titulus. Extendunt hanc doctrinam ad res mobiles Eccl^{ae}, et Eccl. Rom^{ae}. Ratio e^t: q^a cum Eccl^{a} et Eccl^{a} Roma in rebus mobilibus n^o habeat privilegium, d solum in rebus immobilibus, eodem modo videndum e^t de rebus mobilibus Eccl^{ae}, et Eccl. Rom^{ae}, ac de rebus mobilibus privatorum.

6.4. Dico 2°: res immobiles privatorum praescribuntur cum titulo spatio 10 annorum inter praesentes, et spatio 20 inter absentes: sine titulo vero spatio 30 annorum tam inter praesentes quam inter absentes. Est com. D^{rum} sententia. Ante probationem sciendum e^t, q^d lege ultima cap. de praescriptione longi temporis praesentes dicuntur qui in eadem provincia commorantur, absentes vero, qui in diversa, d cum in tempore Justiniani tota provincia sub eodem praeside regeretur, n^o videtur ipsa hodie illa, requiritur loquuntur, cum in magnis civitates ... solent sub Gubernatore, qui sub Principis d Senatu subest. Quare dicendum e^t praesentes vocari, qui in eodem territorio habitant, absentes vero, qui in diversis, ut notant P. Molina et alii.

612. Sed [illegible] quoad [illegible] in [illegible]
[illegible] de [illegible] et [illegible] longi [illegible] de [illegible]
[illegible] quoad [illegible] [illegible] spatio 30 annorum
[illegible] ex lege [illegible] emphyteusis [illegible] de
praescriptione 30 annorum et cap. [illegible] de [illegible] loco [illegible] de-
[illegible] tit. [illegible] Notandum [illegible] annis [illegible]
[illegible] annis [illegible] et [illegible]
[illegible] ut [illegible] in autentica [illegible] cap. de [illegible]
longi temporis.

613. Notandum praeterea [illegible] praescriptione 30. [illegible] 40 annorum [illegible] ordinaria
in iure Pontificio, neq. in Caesareo requiri titulum, [illegible]
[illegible] cum bona fide, ut docet Covarruvias [illegible]
§ 50 n. 20 [illegible] [illegible] ordinaria, [illegible]
[illegible] Episcopus [illegible]
[illegible] decimas [illegible] cap. [illegible] de praescriptionibus in 6°.
[illegible] [illegible] praescriptionis [illegible]
